

CAPITULA  
IN DECRETO GRATIANI.

**CONFICTA.**  
*Dist.* 19. c. 9.  
*Dist.* 76. c. 2.  
*Caus.* XIX. *Quest.* 3. c. 8.  
**SINE AUTORE.**  
*Caus.* XXXIII. *Quest.* 8. *initium cap.* 2.  
**FALSO ADSRIPTA.**  
*Dist.* 11. c. 7.  
**CONTRARIA.**  
*Caus.* XXXII. *Quest.* 7. c. 17. *Caus.* XXXII. *Quest.* 4. c. nemo.  
**CORRUPTA ALITER QUAM SUNT IN AUTHENTICIS.**  
*Dist.* 6. c. 1.  
*Dist.* 10. c. 1. 7. 10.  
*Dist.* 19. c. 6. conferenda cum loco August. Bellarm. tom. 1. fol. 927.  
*Ubi Gloss.*  
*Caus.* 2. *Quest.* 5. c. 18.  
*Quest.* 4. c. 2.  
*Quest.* 7. c. 41.  
*Caus.* XVI. *Quest.* 6. c. 6.  
*Caus.* XXI. *Quest.* 1. c. 5.  
*Caus.* XXIV. *Quest.* 3. c. 8.  
*Caus.* XXV. *Quest.* 1. c. 10. Legibus pro Regibus.  
*Caus.* XXVII. *Quest.* 2. c. 17. & 28.  
*Caus.* XXXII. *Quest.* 7. c. 24.  
*Caus.* XXXIII. *Quest.* 3.  
*De penit. dist.* 1. c. 87.  
**DETORTA.**  
*Dist.* 10. c. 8.  
*Dist.* 96. c. 5.  
**MENDOSE RELATA.**  
*Dist.* 93.  
*Caus.* 114. *Quest.* 5. c. ult.  
**OMISSA QUE AD REM.**  
**PRIORIBUS ADDITA EX POSTERIORIBUS.**  
*Dist.* 81. c. 12.  
**ADDITA E MANUSCRIPTIS.**  
*Dist.* 12. c. 2. & 3.  
*Dist.* 20. c. 3.  
*Dist.* 22. c. 4.  
*Caus.* 11. *Quest.* 1. c. 5.  
*Quest.* 6. c. 34.  
*Caus.* 111. *Quest.* 6. c. 14.  
*Caus.* VII. *Quest.* 1. c. 34.  
*Caus.* IX. *Quest.* 2. c. 2.  
*Quest.* 3. c. 10.  
*Caus.* XXIV. *Quest.* 1. c. 34.  
*Caus.* XXV. *Quest.* 1. c. 11.  
*De consecr. dist.* 1. c. 6.  
**EX GLOSSA ORDINARIA QUE PATRIBUS TRIBUUNTUR.**  
*Dist.* 2. c. 12.  
*Dist.* 4. c. 10.  
*Dist.* 25. c. 1. 2. & 3.  
*Dist.* 27. c. 4.  
*Caus.* 11. *Quest.* 7. c. 33.  
*Caus.* VII. *Quest.* 1. c. 48.  
*Caus.* XXII. *Quest.* 3. c. 1. & 2.  
*Caus.* XXIII. *Quest.* 4. c. 17.  
*Caus.* XXIV. *Quest.* 3. c. 12.  
*Caus.* XXVI. *Quest.* 5. c. 14.  
*Caus.* XXVIII. *Quest.* 1. c. 14. & 15.  
*Quest.* 2. c. 1.  
*Quest.* 3. c. 1. & 2.  
*Caus.* XXXII. *Quest.* 26. c. 14.  
*Caus.* XXXIII. *Quest.* 3.  
*De consecratione multa.*  
**EX BONIS GRÆCIS LATINA PESSIMA.**  
*Dist.* 11. c. 5.  
*Dist.* 65. c. 9.  
*Caus.* 1. *Quest.* 1. c. 21.  
*Caus.* VII. *Quest.* 1. c. 45.  
*Caus.* 11. *Quest.* 3. c. 24.  
**HIERONYMI TRIBUTA AUGUSTINO.**  
*Dist.* 9. c. 6.  
**HIERONYMI TRIBUTA GREGORIO.**  
*Dist.* 8. c. 2.  
**GREGORII TRIBUTA SILVESTRO.**  
*Caus.* 11. *Quest.* 6. c. 14.

**CLEMENTIS TRIBUTA LUCIO.**  
*Dist.* 81. c. 19. & 20.  
**PROSPERI TRIBUTA AUGUSTINO.**  
*Dist.* 41. c. 2.  
**PASCHASII TRIBUTA AUGUSTINO.**  
*Caus.* 1. *Quest.* 1. c. 77.  
**HERMETIS TRIBUTA AUGUSTINO.**  
*Caus.* XXVIII. *Quest.* 1. c. 6.  
**EX VARIIS DIVERSORUM PERMIXTA.**  
*Distinct.* 86. c. 3.  
*Caus.* 1. *Quest.* 1. c. 84.  
*Caus.* 11. *Quest.* 1. c. 7.  
*Caus.* XI. *Quest.* 3. c. 100. & 101.  
*Caus.* XIII. *Quest.* 1. c. 16.  
**ANTIQUORUM PONTIFICUM VARIE RELATA.**  
*Dist.* X. c. 2. & 34.  
*Dist.* XI. c. 6.  
*Dist.* XVII. c. 4.  
*Dist.* XXIII. c. 13.  
*Dist.* XXIV. c. 1.  
*Dist.* XXVII. c. 8.  
*Dist.* XXVIII. c. 13.  
*Dist.* L. c. 48.  
*Dist.* LXXXVIII. c. 1.  
*Dist.* LXXX. c. 1. & 3.  
*Dist.* LXXXI. c. 19.  
*Dist.* LXXXIII. c. 3.  
*Dist.* LXXXVI. c. 25.  
*Dist.* LXXXVIII. c. 1. & 2.  
*Dist.* XCVIII. c. 1.  
*Dist.* C. c. 1.  
*Caus.* 1. *Quest.* 1. c. 12. & c. 85.  
*Quest.* 3. c. 14.  
*Caus.* 11. *Quest.* 1. c. 5. & c. 20.  
*Quest.* 3. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
*Quest.* 4. c. 14.  
*Quest.* 5. c. 2.  
*Quest.* 6. c. 1. 5. 6. 7. 9. 15.  
*Quest.* 7. c. 5. 13. 14. 18. 23. 50. 52. 53.  
*Quest.* 8. c. 1. 3. 4. 5.  
*Caus.* 111. *Quest.* 2. c. 6.  
*Quest.* 4. c. 1.  
*Quest.* 5. c. 1. 2. 8.  
*Quest.* 6. c. 1. 4. 5. 11. 12.  
*Quest.* 8. c. 2.  
*Caus.* V. *Quest.* 3. c. 3.  
*Caus.* VI. *Quest.* 1. c. 9. & 13.  
*Caus.* IX. *Quest.* 3. c. 4. & 17.  
*Caus.* XI. *Quest.* 3. c. 20. 63. & 89.  
*Caus.* XII. *Quest.* 1. c. 15.  
*Quest.* 2. c. 1. 6. 7. & 10.  
*Caus.* XV. *Quest.* 6. c. 3.  
*Caus.* XVI. *Quest.* 7. c. 40.  
*Caus.* XVII. *Quest.* 2. c. 3.  
*Caus.* XX. *Quest.* 2. c. 3.  
*Caus.* XXII. *Quest.* 1. c. 10.  
*Quest.* 4. c. 11.  
*Quest.* 5. c. 1. 3. 15.  
*Caus.* XXIV. *Quest.* 1. c. 3.  
*Caus.* XXV. *Quest.* 2. c. 1.  
*Caus.* XXVII. *Quest.* 1. c. 3.  
*Caus.* XXX. *Quest.* 5. c. 2.  
*De consecr. dist.* 1. c. 61.  
*Dist.* 2. c. 30.  
**AD EPISCOPOS GALLIÆ QUÆ DIVERSIS TRIBUUNTUR.**  
*Dist.* 12. c. 2.  
*Dist.* 23. c. 21.  
*Caus.* 111. *Quest.* 6. c. 17.  
*Quest.* 7. c. 17.  
*Quest.* 9. c. 2. 3. 11. 14. 18.  
*Caus.* VI. *Quest.* 1. c. 14.  
*Quest.* 4. c. 5.  
*Caus.* IX. *Quest.* 2. c. 1.  
*Quest.* 3. c. 5. 6. 7.  
*Caus.* XI. *Quest.* 1. c. 68.  
*Caus.* XXIV. *Quest.* 1. c. 9.  
*Caus.* XXVI. *Quest.* 6. c. 13.  
*Caus.* XXX. *Quest.* 5. c. 11.  
*Caus.* XXXV. *Quest.* 2. & 3. c. 16.  
*De consecr. dist.* 1. c. 60.  
*Dist.* 4. c. 53.

GREGORIUS  
PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

CUM pro munere Pastoralis humeris nostris inuncto id præcipue nobis propositum habeamus, ut omni studio, diligentiaque omnes Christi Fideles his præsertim tam gravibus, calamitosisque temporibus in recta & Catholica fide continere curemus, ac propterea id in primis nobis agendum & providendum sit, ut omnem omnibus aberrandi ab ea occasione subtrahamus. Dudum ob hujus rei executionem, adhibitis nonnullis ex fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, adjuncto etiam aliquorum doctrinâ & pietate insignium Virorum studio, Decretum Gratiani nuncupatum absque Glossis, necnon idem Gratiani Decretum cum Decretalibus Gregorii Papæ IX. Prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extravagantibus, non modò cum veteribus Glossarum autoribus, quibus, cum Viri pii & Catholici fuerint, ignoscendum videtur, si quid vel ob errorem in illis, vel quia nondum pleraque à sacris Conciliis definita fuerant, liberius locuti sunt: Verùm etiam cum his, quæ ab impiis Scriptoribus tam extrâ in marginibus, quàm etiam intrâ aspersa fuerant Catholicæ veritati contraria revidendi, corrigendi, & expurgandi curam demandavimus. Cum autem ipsum Decretum absque Glossis à præfatis à nobis deputatis jam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illustratum existat, ipsiusque major pars à dilecto filio Paulo Constabili, tunc sacri nostri Palatii Apostolici Magistro unâ cum dictis Decretalibus felicis recordationis Gregorii IX. prædecessoris nostri jam impressis recognita & approbata sit: Reliquum verò ejusdem Decreti unâ cum annotationibus prædictis tam absque Glossis, quàm ipsum totum cum Glossis, Sextumque & Clementinas simul, & Extravagantes à dilecto filio Sixto Fabri, ejusdem Palatii nostri Apostolici Magistro recognoscenda omnia, & approbanda, in officina Populi Romani, quæ ad hoc potissimum ut libri sacri in ea fideliter & incorruptè imprimantur, erecta fuit, imprimi, & impressa divulgari iusserimus; ac ut ad majorem Christi Fidelium ubique tam intra, quàm extra Italiam, citra & ultra Montes commorantium commoditatem hoc Juris Canonici Corpus fideliter & incorruptè juxta exemplar hîc Romæ impressum à Catholicis Typographis, à Romano Populo, five ab eo deputatis, vel pro tempore deputandis electis imprimi possit. Nos opportunè providere volentes, ut hoc Jus Canonicum sic expurgatum ad omnes ubique Christi Fideles factum tectum perveniat, ac ne cuiquam liceat eidem Operi quicquam addere, vel immutare, aut invertere, nullave interpretatione adjungere, sed prout in hac nostra Urbe Roma nunc impressum fuit, semper & perpetuò integrum & incorruptum conservetur. Motu proprio & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnibus, & singulis in nostro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ dominio, nobis & eidem Romanæ Ecclesiæ mediâtè, vel immediâtè subiecto commorantibus, vel ad illud quovis prætextu advenientibus, ac etiam extra dictum dominium ubilibet existentibus Typographis, & librorum Impressoribus, ac Bibliopolis, & quibuscumque aliis personis utriusque sexus cujuscumque dignitatis, statûs, gradûs, ordinis, vel conditionis existant, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis majoris lata sententiæ, & quoad nunc, & pro tempore in dicto nostro, & Romanæ Ecclesiæ dominio mediâtè, vel immediâtè subiecto commorantes, etiam ultra præmissa sub amissione librorum, ac mille ducatorum auri de Camera pro una videlicet officio Inquisitionis hæreticæ pravitatis, & pro alia accusatori, & pro reliqua tertiis partibus Judici executori irremissibiliter applicandorum, aliisque arbitrii nostri pœnis eo ipso si & quoties contrâ factum fuerit, & per quemlibet contravenientem incurrendis, Apostolica autoritate tenore præsentium inhibemus, & interdicimus ne ipsius Gratiani Decretum cum annotationibus, & idem cum Glossis, Decretalibus Gregorii IX. prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extravagantibus, ut præfertur, de cetero per Decennium à data præsentium sub quovis titulo alibi quàm in Urbe nostra, & in eadem officina impressoria dicti Populi Romani,